Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36488
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

& dectione primo de israel ecclie. & salute omnium gentium in xpo. mutamodis ostendit
insinuare figuris. Tractaturi igitur iuuante dno de edificatione templi. & in
structura materiali. spirituale di mansione quesituri. oportunum uidetur. ut primo
de operariis eius. qui uel unde fuerint. simul & de ipsa materia unde factum est
aliqua dicamus. Hæc & hæc spiritualiter grauida esse sacramentis testatur apls quia
omnia in figura contingebant illis. scripta sunt autem propter nos. Hæc autem
regi hystoria. quia salomon edificaturus domum dno. quesiuit auxilium ab
hyram rege tyri. qui erat amicus dauid omni tempore. & cum ipso quoque salomo
ne post quam regno potitus est pacem iam habere cepit. pmptumque mox adiu
uandum se in omnibus eius animum inuenerit. ita. ut artifices illi & ligna. &
aurum. prout opus habebat dederit. cui beneficii gratia. salomon ei per singulos
annos. plurimos tritici & olei choros. in cibum domui eius dabat. Nulli autem
dubium. quod salomon quem interpretatur pacificus. & ipso nomine. & serenissimo
regni sui statu. illum significet. de quo die esaias. Multiplicabitur eius imperium. &
pacis. non erit finis. Hyram uero qui latine dicitur uiuens ex celsis. credentes ex gentibus
& uita. simul cum fide gloriosos. figuraliter exprimit. Hecque aliquid phibet. quin
hyram. quia rex erat. regalique potentia salomonem in edificio domus dni iuuabat.
conuersos ad fidem ipsos rerum dominos typice denunciet. quorum ope constat ecclam
sepius adiuta. ac nobiliter augmentata. & contra hereticos. scismaticos. & pa
ganos principalibus erectam esse decertis. Petit quoque salomon in opere templi. auxi
lium ab hyram. quia cum uenien sin carne dns. dilectam sibi domum. uidelicet ecclam.
edificare disponere. non de iudeis tantum uerum etiam de gentibus adiutores operis
elegit. Hæc de utroque populo ministros sermonis adsumpsit. Misit hyram salomoni
pcisa de lybano ligna cedrina. & abiegna. que in domum dni ponerentur quia
conuersa gentilitas. misit dno uiros. quondam ad scelm claros. sed securi do
minice increpationis. de monte sue superbie deiectis & humiliatis. quatenus ad normam
euangelice ueritatis instruti. in edificatione ecclie. per suo quisque merito uel
tempore collocarentur. Misit etiam artifices. quia conuersos ad uera sapientiam
philosophos. quatenus gratia eruditionis populis quoque regendis iure preponerentur. dno
gentilitas obtulit. qualis fuit ipsis aplis temporibus dyonisius areopagita.
qualis dei ceps doctor suauissimus. & fortissimus martyr cyprianus. aliique quam
plurimi. Misit & aurum quod in tali de pene significatione accipitur. quia
nimirum uiros sapientia & ingenio preclaros ostendit. Pro quibus cunctis obla
tionibus gentilitas a dno dona expectat. gratie celestis. ut tritico uidelicet uerbi di.
& oleum karitatis. atque unctionis. & inluminationis spe sci. Conuenit autem
aptere rebus ecclie. quod auxilium operis sci flagitans. ait. ad hyram salomon.
Precipe quoque ut precidant mihi cedros de lybano. & serui mei sint cum seruis tuis.